

Ianiel, Samuel Jonasque beatus,
 sub pelago, stat, modo pressus humo.
 clave Petrus, primus quoque dogmate Pau-
 ris celsæ animæ, corpora terra tegit. [Ius,
 ab humano cui nullus major habetur
 ptista potens, ipse Joannes obit.
 Eliasque hoc adhuc spectat uterque,
 tus ex homine est, et moriturus erit.
 stor ovans cito surgens Christus ab umbris;
 ia natus homo est, carne sepultus humo,
 o non moritur, mortem gustante salute?
 ro me voluit sic, mea vita, mori.
 id hinc facimus, quod declinare nequimus,
 ùhil auxilii possumus esse rei?
 s, gemimus, sed nec prodesse valeamus,
 i adest oculis, est neque fructus opis.
 orquentur, lacerantur corda tumultu:
 ari extincti, flendo cadant oculi.
 atur amor, nec jam revocatur amator,
 xque jam repetit, quem petra mersa tegit.
 ergo omnes alia regione locandi,
 s ad patriam, quos peregrina tenent.
 rende Pater, ne casu... esto...
 une flere decet, quem paradisi habet.
 bel omnipotens, non possumus esse re-
 [belles,
Deum contra est illius acta dolens.
 re sumus figmentum, et spiritus inde est:
 ubet hinc imus qui sumus ejus opus.
 e solamen (*Joan.* xvi) quod scis spondere
 [creantem:
 qui credit non morietur (*Joan.* viii), ait.

suspicor Valtrannum esse qui Argentora-
 niscopus, quem Regino scribit obisse an.
 schius *Baldramum* vocat; verum hæc hæc hæc
 affirmari non debet; neque tamen pmitti,

A Spondet adhuc etiam, nullus cui detrahat unquam:
 Quæ duo deprecant, ut sibi danda sciant.
 Si duo de vobis (*Matth.* xvii) votis concordibus,
 [aiens,
 Implorant aliquid, hoc Pater ipse dabit.
 Si possint rari Domino præstante mereri,
 Quæ precibus poscunt; quid numerosa queunt.
 Turba sacerdotum, monachorum corpus inerme,
 Nonnæ eum vidua, pauper, inopsque phalanx,
 Clerus eum vulgo, vilis cum divite summo,
 Cum majore minor, cum puero senior?
 Commendant animam Jesu cum questibus ipsam
 Fratris Germani, Domine beate, tui.

*Distichon Salomonis, quo sequens carmen ad
 Dadonem mittit.*

B Rursus, sancte Pater, tua me dilectio cogit
 Scribere doctiloqui verba perita viri.
*Versus Waldrammi (456) ad Salomonem,
 quos Salomon ad Dadonem misit.*
 Esto virile decus, patienter vince dolores,
 Quod non vitatur, vel toleretur onus.
 Talis erit populus, qualem te viderit esse,
 Deque tua facie plebs sua vota metit.
 Denique Job natos septem uno triste sub icu
 Amittens, laudes rettulit ore Deo.
 Femina bis felix pia mater Machabæorum,
 Natos septem uno funere læta tulit.
 David Psalmigraphus cum natum amisit amatum,
 Mox tumulo posuit, prandia festa dedit.
 C Hæc girata manu, necnon percensita censu,
 Fors incerore tuum, domne, levant animum.

Scio quam in hoc genere conjecturæ blandiantur
 et quam blande quoque fallant; velim nil nisi cer-
 tissimum affirmare. De Dadone nihil adhuc eruo.
 CAN.

ANNO DOMINI MCCCCXX.

WALDRAMMUS

ARGENTINENSIS EPISCOPUS

NOTITIA HISTORICA IN WALDRAMMUM.

(Gall. Christ. tom. V, pag. 787.)

magnificæ sanctitatis, » ut loquitur Wym-
 m, obtinuit ab imperatore Arnulfo, sive
 m duce, ut alibi vocatur, Novientensem
 m, e qua mox depulit Hartmannum abba-
 ue successorem dedit Helmerium mona-
 eujus gratiam habetur in chartario hujus
 ri præceptum ejusdem Arnolphi, datum anno
 is septimo, hoc est anno circiter 894, in quo
 nmus noster memoratur. Sedit anno se-

D quenti in consilio Triburiensi, ac post decem annos
 defunctus est, ex Chronico Regionis ad an. 905 in
 hæc verba: « Per id tempus Waltrammus Strasbur-
 gensis Ecclesiæ, et Luidelmus Tullensis Ecclesiæ
 præsules, migraverunt a sæculo, quibus successerunt
 in pontificali cathedra Obertus in Strasbur-
 gensi civitate, et Drogo in Tullensi. » Et hoc
 quidem anno, ut idem Regino scribit, rex urbem
 Strasburgensem adiit, et episcopum ac plebem

inter se dissidentes ad concordiam revocavit. A Caeterum hoc anno 906, R. P. Laguille die 13 Aprilis, Wymphelingus die 12, Waldrammi mortem pag. 238, nisi quod ea refert ad annum 906. consignant.

WALDRAMMI CARMINA.

Vide supra in SALOMONE Constantiensi. Carmina utriusque propter arctam quam inter se habent connexionem, disjungere nolimus.

ANNO DOMINI DCCCCXX.

ODILO

MONACHUS S. MEDARDI SUESSIONENSIS.

NOTITIA HISTORICA.

(Apud Fabricium, Biblioth. med. et inf. Lat.)

ODILO monachus S. Medardi apud Suessionenses in Gallia ord. Bened. circa A. 930 scripsit ad Ingrannum cœnobii sui decanum, postea anno 932 episcopum Laudunensem, *de translatione reliquiarum S. Sebastiani martyris et Gregorii M. papæ* in Suessionense S. Medardi A. 926 facta, quod sine nomine auctoris edidit Bollandus tom. II Januarii 20. pag. 270-293; sed auctori restitutum suo et præfatione ejusdem locupletatum Mabillonius sæc. IV. Benedictin., pag. 383. Verum epistolam ad eundem Ingrannum *de adventu et susceptione corporum SS. martyrum Tiburtii Marcellini, et Petri, Marcelliani et Marci, Probi et Hyacinthi, Marii et Marthæ, Audifax et Abacum, Abdonis et Senni*, editam ab eodem Mabillonio pag. 411, suppositiam et nullius fidei esse disputat Papebrochius in Actis Sanctorum, t. I. Junii 2, pag. 206, seq. Præter hæc scripta a Fabricio indicata, Scriptores Historiæ Litterariæ Gallicæ memorant ejusdem epistolam a P. Martene vulgatam ad Hucbaldum monachum S. Amandi, sicut et eidem vindicandos censent sermones tres, quos sine nomine auctoris vulgatos legimus in Bibliotheca Floriacensi, tom. II, pag. 136. Vide Historiam illam ibidem tom. VI, pag. 175.

ODILONIS MONACHI

LIBER

DE TRANSLATIONE RELIQUIARUM S. SEBASTIANI MARTYRIS

ET

GREGORII PAPÆ

IN SUESSIONENSE SANCTI MEDARDI MONASTERIUM.

(Acta sanctorum ordinis S. Bened., tom. V.)

MABILONI OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

Libelli sequentis, quem, excepta præfatione, in lucem edidit Joannes Bollandus sub Anonymi nomine, auctor videtur Odilo Monachus Medardensis, Ingranno monasterii decano, Carolo Simplice regnante. In pervetusto enim codice membraneo venerabilis viri Claudii Jolii, canonici ac cantoris ecclesiæ Parisiæ, qui codex olim fuit monasterii S. Medardi, huic libello præfigitur ista inscriptio: *Epistola ODILONIS AD INGRANNUM*, et est alia etiam ejusdem Odilonis lucubratio ad ipsum Ingrannum de translatione sanctorum martyrum Tiburtii, Marcellini, etc., quam postea exhibebimus. Corrigenda proinde inscriptio codicis Resbacensis, in quo subjectus liber Rodoino auctori tribuitur. Errandi occasio nata est ex conclusione libri, ubi Rodoinus *actudulam* de Sebastiani miraculis reliquisse memoratur. Porro Ingrannus decanus vivebat procedente sæculo decimo, ut constat ex Frodoardi Chronico ad annum 932, quo « Ingrannus decanus monasterii sancti Medardi episcopus Lauduni ordinatus » fuisse perhibetur. Ubi observare convenit, tum temporis pleraque monasteria, quibus impositi erant *saeculari*